

F.K. 83

Z b
3584

I. N. J.

NVPTIAS SOLEMNES
VIRI PERILLVSTRIS ATQUE EXCELLENTISSIMI
DOMINI
JOHANNIS GOTTHELF
DE GLOBIG

POTENTISSIMI AC SERENISSIMI SARMATARVM REGIS AC
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE IN SVMMO SENATV
ECCLESIASTICO DRESDENSI PRAESIDIS
EMINENTISSIMI

CVM
VIRGINE ILLVSTRISSIMA COMITE
DOMINA
MARIA AVGUSTA AMALIA
ILLVSTRISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI
DOMINI JOHANNIS ADOLPHI

S. R. I. COMITIS DE BRVHL
POTENTISSIMI AC SERENISSIMI POLONIARVM REGIS AC PRINCIPIS
ELECTORIS SAXONIAE CONSILIARII INTIMI AC
SVMMI STABVLI PRAEFECTI C ET.
FILIA OMNIBVS VIRTVTIBVS SVI SEXVS
ORNATISSIMA

DIE XV. FEBR. CIJ 10 C CLVI. DRESDAE CELEBRATAS
VOTO CONIVGALI BETHLEHEMITICO

RVT. IV. V. II. 12.
FELICISSIMAS ESSE EX ANIMO SINCERO AC DEMISSISSIMO
PRECATVR

IOHANNES FRIDERIVS NATHVSIVS
LVCCAVIA - LVSATVS

DRESDAE, LITTERIS HARPETERI.



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000



I. N. J.

I.

Matrimonia ineuntibus fausta ac felicia apprecari, mos est & laude sua dignus & in gente Dei antiquissimus. Quem inter sanctos patriarchas jam viguisse, exemplo Isaaci constat, qui Jacobum dimisurus, ut sibi ex filiabus Labanis uxorem duceret, pio voto filium comitabatur a). Sic Rebeccae, Jacobi matri, cum Isaaco nupta adduceretur, parentes ac fratrem fausta apprecatos esse legimus b). Et in libris apocryphis, Tobiae, Saram ducenti, Raguellem & Gabelem felix matrimonium congratulari reperimus c). Notum autem atque valde insigne est imprimis votum, quo Bethlehemitae, Boaso Rutham despondentes, nouum maritum maestabant, Judeis hodie que in nuptiis visitato, quod breuiter, Deo fauente, perlustrare animo decreuimus. Ita de eo, secundum translationem b. Schmidii in Bibliis Quadrilinguis Reineccianis, verba facit Spiritus S. Ruth. IV. v. 11. 12.

Dixerunt vero totus populus, qui in porta, & seniores: Testes (sumus:) det Jehovah mulierem, intraturam in domum tuam, sicut Rachelem, & sicut Leam, que edificarunt ambo domum Israe lis: gere vero te egregie in Ephrata, & acquire nomen in Bethlehem: Fiatque domus tua, sicut domus Perezi, quem genuit Thamar Iehudae, ex semine, quod dabit Jehovah tibi ex puella hac.

) 2

II.

- a) Gen, 28, 3. 4. b) Geu, 24, 60. c) Tob. 7, 15. c. 9, 9. fqq.

II.

Hoc voto Boasum prosecutus esse dicitur *torus populus, qui
in porta, & seniores*. Seniores sunt judices vel senatoris urbis
Bethlehami. Experientia quippe, judicium morumque gra-
uitas, hominibus in dignitate publica constitutis conueniens,
non nisi ætatis beneficio ordinarie acquiruntur; vnde factum,
vt judices aut alii dignitate viri conspicui, in scriptura sacra tum
veteris tum noui testamenti, saepe titulo seniorum honorentur:
nec ullum aliud eiusmodi dignitatis nomen reperimus æque
priscum simul ac diffusum, & tam varie ad dignitates indican-
das adhibitum, quam vocem seniorum d.). Tales cum ex
mente Judæorum in quavis urbe centum & viginti incolarum
esse deberent viginti tres, hic tantum numero adfuerunt senior-
es decem, quot Boasus conuocasse dicitur e). Solebant enim
non semper omnes iudices conuocare, sed eorum tantum nu-
merum, quantum ad rem agendam requirebatur. Decem au-
tem a Judæis pro cœtu habentur, vnde decem minimum Israe-
litas ad synagogam ædificandam requirunt, decem minimum
versiculos e lege in synagoga recitari volunt &c. f) & toti-
dem ad plerosque actus judiciales v. c. matrimonii, diuorii,
mancipationis, cessionis &c. adhibebantur. Judicia autem
olim exercebantur in portis, non quidem omnibus, sed vni-
catur tantum cuiusque ciuitatis; vii & vox porta singulari semper
numero ponitur, ubi de iudiciis sermo est g). Scilicet tum
temporis nondum erat tantus hominum luxus, ergo nec tantus
ciuria ornatus. Ceterum existimat Hierohymus, judicia ideo
olim in porta exerceri solita esse, vt neque agricolam ciuitatis
frequentia & nouis deterreret aspectus a iustitia perenda, nec
ciues longius, quam ad urbis portas jus peterent. Alii etiam
properea id factum esse censem, vt admonerentur iudices, ne
quid facerent, cuius eos postea puderet, dum ita in portis pu-
blice,

d) cf. Leuit. 19, 32. e) Ruth. 4, 2. f) conf. Exod. 18, 21. Job. 19, 3.

g) vid. Gen. 23, 10. cap. 34, 20. Deut. 21, 19. c. 22, 15. 2. Sam. 15, 2.
Pf. 127, 5. Zach. 8, 16. Amos. 5, 10.

blice, omnibus audientibus & videntibus, ius dicerent ·h). Abierat igitur etiam Boafus ad portam vrbis, tanquam ad locum iudicii publicum, cum homine, qui Ruthæ propiori cognatione coniunctus erat, de mulieris & hæreditate & matrimonio iuxta legem coram iudicibus acturus, ibidemque lite nunc composita, seniores decem ac reliquus populus in porta præsens, imprimis Boasi aut Ruthæ cognati, ipsi nouam nuptiam voto nostro comiter congratulanter.

III.

Boasum cum Chaldaeo interprete R. D. Kimchi & plures alii ex Rabbinis arbitrantur esse Ebzanem, judicem illum Israëliticum Bethlehemitam i), sicut Rutham habent pro filia Eglo-nis regis Moabitici k), quem assurgendo coram Ehudo l) promeritum fuisse fingunt, vt hæc ipsius filia proavia Dauidis fieret; quæ vero a nostris Theologis merito referuntur inter fabulas Judæorum, gentem suam, quauis occasione data, iactanter efferentium. Nam quod Rutham attinet, veritatis speciem nullam præ se fert, regem gentilem tam potentem, Judæis infensum & infestum, filiam locasse viro Judæo infimæ conditio-nis, qualis erat Mahlon, prior Ruthæ maritus; aut regis filiam, relicta patria, in peregrina regione, quæ tamen patri subiecta fuit, aristas pauperibus destinatas collegisse, quod de Rutha legitur m). Sunt quidem inter interpres nonnulli Patres, tam Greci, quam Latini, qui sententiae Judæorum, de Boaso allatae, ad stipulantur, plerisque tamen etiam ipse a judice illo Israeli-tico omnino differre videtur. Si enim vel maxime euinci pos-set, Ebzanis pariam n) esse Bethlehemum in tribu Judæ, vbi Boafus commorabatur, cum potius nonnulli afferant, Ebzanem criundum fuisse ex alia ciuitate ejusdem nominis, in tribu Za-

)(3

bulon

h) conf. J. Adam Osiandri Comment. in libr. Ruth, fol. 22. & Tarnovii Comment. in Prophetas minores ad Amos, 5,10. p. 636. i) cuius mentio fit Judie. 12, 8. k) cuius scriptura etiam mentionem facit Judic. 3, 12. l) Judic. 3, 20. m) Ruth. 2, 2. col. Judic. 3, 14. n) de qua vid. Jud. 12, 8.

bulon sita o), prohibet tamen diuersitas nominis, liberorum ac temporis, quominus maritus Ruthæ pro Ebzane πολυτέκνῳ haberi possit p). Bene Dav. Chytraeus in Comment. in Ruth, folio 275. hac de re: *Tempora non congruunt*, inquit, *Salmon enim Rabaham tempore excidi Hierichuntini q) duxit ante annum mundi 2500. Inde ad Abessam iudicem effluxerunt anni 265.* Necesse igitur fuisse, Boozum 300. fere annos natum fuisse, cum ex Rutha Obedum auum Davidis procreauit. Quis autem fuerit Boasus, quæ Rutha, quoque tempore vixerint, certo non constat, & prestat in re dubia ἐπέχειν, quam temere aliquid definire. Vtriusque tamen virtutes Spiritus S. in hoc libello passim laudibus effert. Boazum fuisse ciuem Bethlehemiticum, eumque virum strenuitatem potentem, Rutham vero, gente Moabitidem, & Mahlonis Judæi quondam vxorem, nunc autem viduam, in sacris literis legimus r). Sed vidua licet esset, ad alteras tamen nuptias progredi non dubitabat, suo exemplo confirmans ius, viduis ab Apostolo concessum s), ac confundens errorem eorum, qui secundas nuptias vel illicitas, vel dishonestas, aut infames judicarunt. Nec obstat huic conjugio Rutha ex gente Moabitica origo, quia nullum est dubium, quin ad veram religionem iam conuersa fuerit, quales mulieres Moabiticas duce-re viri Israelitæ lege t) non prohibebantur. Matrimonia autem diuersæ religionis non solum Judeis in V. T. vetita erant, sed & Christianis in N. T. prohibita ac, tanquam valde periculosa, omni modo dissuadenda sunt u). Peccauerat itaque Mahlon, Rutham dicens, antequam ad verum Dei cultum conuerteretur, sed non peccauit Boasus, eandem sibi matrimonio iungens, postquam conuersa erat. Huic, ex voluntate Dei iuste inito matrimonio, iusta ergo vota etiam nuncupabantur, quorum

o) cuiusmentio fit Jos. 19, 15. vid. b. Aug. Varenius in disp. ad Mich. 5, 1. anno 1669. habita Cap. I. Membr. I. §. 2. p) conf. Judic. 12, 9. cum Ruth. 4, 21. q) vid. Matth. 1, 5. r) Ruth. 1, 22. 2, 1. 4, 10. s) Rom. 7, 3. 1. Cor. 7, 9. & 39. 1. Tim. 5, 14. t) Deut. 23, 3. fq. cap. 7, 3. 4. u) 2. Cor. 6, 14. 2. Joh. v. 10.

rum paucis verbis multa felicitas comprehensa erat, quæ nunc
excutienda restat.

IV.

Imo in votis habebant, ut daret *Jehouah* mulierem, intra-
turam in domum Boasi, sicut Rachelem, & sicut Leam, quæ ædifi-
cassent ambæ domum *Israelis*. Rachelem atque Leam, duas fi-
llias Labanis, quas Jacobus, pius patriarcha, alio nomine *Israel*
ob luctam cum Filio Dei appellatus, non sine offensa in matri-
monio simul habuerat, collaudant, quod *domum Israelis* ædifi-
carint, domo *Israelis*, pro liberis domum inhabitantibus, syn-
ecdochice sumta, quo sensu eadem vox in nostra etiam &
multis aliis linguis frequenter usurpatur. Leæ anteponunt
Rachelem, ætate minorem, quod interpretibus ob amorem
Jacobi teneriorem erga Rachelem fecisse videntur. Enallage
generis masculini pro feminino in affixo vocis שָׁׁרֶם, vt-
pote in scriptura sacra haud infrequens, minime est vitium ser-
monis, sed respicit & explicat sensum: quemadmodum enim
viris, ignobile & femineum factum committentibus, genus
muliebre additur, ita contra feminis, quæ strenuum & virile
exequuntur facinus, genus tribuitur virile. Omittunt qui-
dem Bethlehemitæ, folam Rachelem cum Lea nominantes,
ambas ancillas, Bilham & Silpam, ab edificatione domus Israe-
liticae non prorsus excludendas, quippe quæ Jacobo etiam libe-
ros pepererant; verum enim vero digniores procul dubio ha-
bendæ sunt dominæ ancillis, quarum præterea liberi erant pau-
ciores, ac ipsi moraliter æstimabantur pro liberis dominarum,
quæ & ob eam causam, tanquam matres, iis pro arbitrio nomi-
na imposuerant v), imo cum veris suis filiis pari iure hæredi-
tatis eos frui concesserant. Potiori igitur iure Racheli atque
Leæ recte tribuunt honorem domus Israeliticae maxime clarae
exædificatae. Rebeccam autem Saramue nominare, vel ideo
necessè non erat, quia domum *Israelis* non nisi mediante Ra-
chele atque Lea ædificauerant. Eo autem tendit eorum hoc

VO-

v) Gen. 30, 6.

votum, vt Rutham Deus similem reddat Racheli, cuius memoria apud se solum sepulchrum nequidem obliterari sineret, a Jacobo tenerime dilecta vxori in loco Bethlehami suburbanum extructum hodieque adhuc videndum x), ac Leæ, ex qua ipsi Bethlehemitæ per filium Leæ, Judam, ortum suum traherent. Deum nempe implorant, matrimonia liberis prosperantem & steriles fecundantem y), vt Boasi coniugium fine suo ne frustrari sinat, nuptiamque multorum suauissimorum liberorum lætam atque fecundam matrem efficiat; idem Ruthæ apprantes bonum, quod olim Isaacus Jacobo, & Rebecca parentes, optauerant, quo Peninna elata Hannahæ insultauit, & cuius defectus Rachelem sorori inuidam ac adeo tristem reddiderat, vt mori, quam viuere, maluerit z).

V.

Deinde II. optant, vt Boasus egregie se gerat in Ephrata. Ephrata, vel etiam Ephrath, absque finali a), est nomen antiquum urbis Bethlehem; retinuit tamen haec vrbis sequentibus etiam temporibus antiquum nomen, eodemque ab altera, in tribu Zabulon sita, quæ Bethlehem itidem vocabatur, distingui consuevit b). Vnde ei hoc nomen impositum fuerit, valde disceptatur. Nonnulli plane persuasi sunt, hoc cognomentum deriuandum esse ab vxore Calebi altera, quam post mortem Asubæ duxit c); alii vero illud rectius a ferilitate agri Bethlehemiti deducunt, vnde & ipsum Bethlehem nomen originem suam trahit, quippe cui deriuationi chronologia fauet. Obstat enim antiquitas nominis Ephrata, quo minus illud a Calebi vxore deriuari possit, quæ Jacobi tempore lucem hanc nondum conspicerat d). Descendit igitur haec vox a radice פֶרְתָה, fructificavit, estque au-

x) testi Buntingio in Itiner. Sacr. Part. 2. fol. 6. y) Pf. 127, 3. 128,

3. 113. 9. z) Gen. 28, 3. c. 24, 60. 1. Sam. 1, 6. Gen. 30, 1.

a) Gen. 35, 16. 19. c. 48, 7. b) Mich. 5, 1. c) vid. 1. Paral. 2, 19.

50. col. cap. 4, 4. d) Gen. 35, 19.

Ex a principio per additionem $\tau\ddot{\nu}$ נ, quomodo Hebrei & alias voces a suis radicibus deducere solent. Terram scilicet hujus regionis, testatur Adrichomius in Theatro Terra S. p. 41. rerum omnium copia multum præstare, vini potissimum, vt comparandum non sit, quod ex aliis Palæstina locis illuc affertur; iter vero, quod Hierosolymam fert, usque adeo sui amoenitate, arboribus, hortis, odoratis herbis, via-tores delectare, vt non in terris esse sibi videantur, sed in paradyso Christi nativitatem & incunabula præsentibus oculis contueri. Quando & a quibus ædificata sit vrbs, indubitato non liquet. Sunt, qui Calebum ejusque posteros illam ædificasse autumant; alii eam a Jebuseis conditam putarunt, quorum sententiam Isidorus Hispal. L. XV. cap. 1. exponit: *Bethlehem Iuda, inquit, ciuitas Dauid, quæ mundi genuit saluatorem, a Jebuseis condita fertur & vocata primum Efrata, quando autem ibi Jacob pecora sua panit, eidem to-co Bethlehem nomen, quodam vaticinio futuri, imposuit, quod donus panis interpretatur, propter eum panem, qui ibi de ca-lo descendit.* Celeb. Reineccius vero eam Jof. 15, 59. omis-sam esse conjicit ideo, quod inter villas & vicos tum adhuc fuerit, utpote a Salma, filio Caleb, postea demum in ciui-tatem ædificata 1. Chron. 2, 51. e). Tempore Rehabeami, eam incenibus atque presidiis communitatam esse legimus f). Quod autem attinet ad votum seniorum, in suo sermone v-tuntur phrasι שׁוֹת רְיֵל. Nomen רְיֵל vero est generale, complectens qualibet bona, seu vires, quibus aliquis præ-alio pollet, siue sint vires mentis, vt virtutes, siue corporis, siue bona fortunæ g). Vnde phrasis integra רְיֵל שׁוֹת non solum significat viribus corporis valere, sed & virtuti studere ac opes comparare h). Optant itaque Boaso & sanum at-

)(

que

e) vid. Bibl. Quadril. ad Jof. 1. c. f) 2. Chron. 2, 6. g) ceu Zeph. 1, 13. Obad. v. 13. Mich. 4, 13. Ps. 49, 7. 73, 12. h) Num. 24, 18. Deut. 8, 17. 18. 1. Sam. 14, 48. Prou. 31, 29. Ps. 60, 14. 108, 14. 118, 15. 16.

que validum corpus; & animum virtute præditum, & opes ad viçtum atque amictum necessarias; egregia sane dona Dei, nouis coniugibus non solum propter ipsos, sed & propter liberos optanda.

VI.

Tertio vount, vt *acquirat nomen in Bethlehem*. Hebræis, vt omnibus fere linguis, nomen pro celebritate & fama tam bona, quam mala, admodum familiare est i). Ita vox נַרְךָ saepe idem significat, quod annunciare vel prædicare, vel ore vel scriptis k). Phrasis itaque vocare nomen, h. l. in textu Hebreo obvia, significat celebrare nomen, seu magnam sibi comparare famam, & celebritatem, quo sensu eadem quoque reperitur Ruth. 4, 14. Imperatiuus vero, *voca nomen*, adhibetur pro optatiuo, quo Hebrei carent l). Bene Cicero m): *Negligere*, inquit, *quid de se quisque sentiat, hominis omnino dissoluti est*. Salomo bonam de se existimationem amplis diuitiis, Paulus ac Syracides ipsi vitæ præfert n). Bona nempe fama est appendix sapientiae ac virtutis o), quæ etiam post mortem remanet, ac multum facit ad opes acquirendas, & necessaria est muneribus publicis præficiendo p). Peccant, qui cum ethniciis in honore solo suam immortalitatem ponunt, spem futuræ vitæ abiicientes: peccant contra etiam, qui honores prorsus spernendos, vel cum Chrysippo ac Diogene solius utilitatis causa sumendos, eaque detracta ne digitum quidem eorum causa porrigen-dum esse putant. Bene apud alios audire est omnino etiam

do-

- i) vid. Gen. 6, 4. 2. Sam. 7, 9. Deut. 26, 19. Job. 18, 17. c. 30, 8. Prou. 10, 7. Eccl. 7, 1. Marc 6, 14. Luc. 6, 22. Philipp. 2, 9. Apoc. 3, 1. k) Leuit. 25, 10. Jof. 8, 34. Neh. 6, 7. Jes. 40, 2, 3. c. 61, 1, 2. l) vt Pl. 45, 5. vid. Glassis Phil. S. p. 878. m) Lib. I. de Officiis. n) Prou. 22, 1. 1. Cor. 9, 15. Syr. 41, 16. o) Prou. c. 4, 7-8. 8, 18. 16, 31. 20, 3. 21, 21. 22, 4. 29, 23. 1. Petr. 2, 12. c. 3, 16. p) Rom. 13, 7. Act. 6, 3. 1. Tim. 3, 7. 2. Cor. 10, 12. 13. II, 10, 12, 6.

donum diuinum q), ideoque coniugibus nouis recte optatur.

VII.

Tandem IV. vouent, vt *domus ipsius fiat, sicut domus Perez, quem genuerat Thamar Iehude; ex semine, quod daturus sit Iehovah ipsi ex hac puella.* Perezus, ex incestuoso concubitu, ideoque difficiili partu natus r), erat progenitor Bethlehemitarum, & licet ex putrido semine procreatus esset, ipsius tamen familia inter quinque Judæ familias precipua ac multis bonis illustribusque viris, inter quos & Boafus, clara erat. Eadem progenitoris prosperitatem seniores etiam Boaso optant, vt nempe Deus non solum ipsi, sed & liberis, quos Rutha paritura sit, bene esse velit; cum calamitatem liberorum suam esse existimant parentes s), exemplo Dauidis, Jacobi &c. t)

VIR PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME, DOMINE INDVLGENTISSIONE,

Alma est bonitas Dei, quæ tot tantisque bonis, TE huc usque ornauit ac cumulauit. Omnibus itaque hodie TIBI fausta ac felicia acclamantibus, impossibile visum est & mihi lætitiam plane celare, qua de tanta TVA, Mæcenas Optime, salute perfundor, cum in TE, juxta Deum, omnem

q) 1. Sam. 2, 8. 1. Reg. 3, 13, Pf. 3, 4. 91, 15. Eccl. 6, 2 Dan. 2, 37. 5, 18. r) Gen. 38, 29. s) Gen. 45, 26, 27. Prou. 10, 1. 20, 7. 15, 20. 17, 25. 19, 13. 26. 23, 24. Syr. 16, 1, sqq. Pf. 112, 2. t) 2. Sam. 12, 16, 17. 18, 33. Gen. 37, 34. 35.

FK 26 3584

(X2626531)

omnem spem salutis meæ ponam. Veniam dabis audaciae, exiguitatis meæ haud immemori. Toties Deum pro **TVA** omnigena prosperitate in abscondito implorans, spem concepi fore, ut nec votum humillimum atque sincerum, quod nunc publice nuncupo, sinistre sis interpretaturus; fretus **TVA** non solum clementia, sed & insigni pietate, mihi ab infantia perspecta, qua & pauperum preces pro **TVA** salute ad Deum fusas alicuius aestimare soles. Bethlehemitico autem in primis voto respondit felicissimus euentus, cum ex hoc coniugio non solum Dauides, magnus multorum regum pater, sed & ipse Servator gloriofissimus ortus sit; Eodem itaque & **TE** nunc prosequor: Reddat propitium Numen **ILLVSTRISSIMAM RVTHAM TVAM** similem Racheli atque Leæ, quæ domum Israelis ædificarunt; egregie **TE** gere Dresdæ; Nominis **TVI**, per omnem Saxoniam celebrati, gloria indies augetur; similisque euadat **Domus TVA BRVHLIANÆ**, quam ob merita præstantissima Pater Patriæ

magni æstimat!

S. D. G.



M

Z b
3584

F.K. 83.

I. N. J.
NVPTIAS SOLEMNES
 VIRI PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI
DOMINI
JOHANNIS GOTTHELF
DE GLOBIG

POTENTISSIMI AC SERENISSIMI SARMATARVM REGIS AC
 PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE IN SVMMO SENATV
 ECCLESIASTICO DRESSENSI PRAESIDIS
 EMINENTISSIMI

CVM
 VIRGINE ILLVSTRISSIMA COMITE
DOMINA
MARIA AVGVSTA AMALIA
 ILLVSTRISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI
DOMINI JOHANNIS ADOLPHI

S. R. I. COMITIS DE BRÜHL
 POTENTISSIMI AC SERENISSIMI POLONIARVM REGIS AC PRINCIPIS
 ELECTORIS SAXONIAE CONSILIARI INTIMI AC
 SVMMI STABVLI PRAEFECTI Cet.
 FILIA OMNIBVS VIRTVTIBVS SVI SEXVS
 ORNATISSIMA

DIE XV. FEBR. CID IO CCLVI. DRESDAE CELEBRATAS
 VOTO CONIVGALI BETHLEHEMITICO

RVTH. IV. V. 11. 12.
 FELICISSIMAS ESSE EX ANIMO SINCERO AC DEMISSISSIMO
 PRECATVR

IOHANNES FRIDERICVS NATHVSIVS

LVCNAVIA - LVSATVS

DRESDAE, LITTERIS HARPETERI.

